UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri Vltraiectini

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIIII.

Ciceronis quædam loca illustrata. Cap. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70886

Visual Library

verſum mutilum cùm videret interpres, putauit legendum, θεοῖς τε μικρᾷ. *Ego rectius & verius legendum contenderim,* καὶ θεοῖσι μικρᾷ, *vt etiam alibi ſcriptum reperi.*

Ciceronis loca quædam illuſtrata.

CAP. VI.

CICERO *libro 1. De diuinatione, Obijciũtur etiã, inquit, ſæpè formæ, quæ reapſe nullæ ſunt, ſpeciẽ autẽ offerũt, quod cõtigiſſe Brenno dicitur, eiuſq; Gallicis copijs, cùm fano Apollinis Delij nefariũ bellũ intuliſſet: tũ enim ferunt ex oraculo hæc fatum eſſe Pythiam: Ego prouidebo rem iſtam et albæ virgines. Ex quo factum eſt, vt & viderẽtur virgines ferre arma cõtrà, & niue Gallorum obrueretur exercitus. Oraculum hoc Græcè ſic à Suida aliiſq; refertur:*

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

Et libro primo Tuſculanarũ Quæſt. Ergo animus, qui vt eo dico, diuinus, vt Euripides audet dicere, Deus eſt. Huius Euripidis dicti ſic meminit Theon Sophiſta in Progymnaſmatibus, vbi de Chria agit: Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου ἔφησεν εἶναι θεόν. *Euripidis autem verſum opinor eſſe hunc, qui legitur inter Monoſtica Menandri:*

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.

Idem in 2. de Oratore ad Q. Frat. Sæpe enim audiui poëtam bonum neminem, (id quod à Democrito & Platone in ſcriptis relatum eſſe dicunt) ſine

inſlam-

inflammatione animorũ exiſtere poſſe, & ſine quadam afflatu quaſi furoris. Et in primo De diuinatione, Negat ſine furore Democritus quenquam poëtam magnum eſſe poſſe. Et Horatius in Arte poëtica, --Et excludit ſanos Helicone poëtas Democritus. Platonis verba ex Ione hæc ſunt: κοῦφον γὰρ χρῆμα ὁ ποιητής ἐστι, καὶ πτηνὸν καὶ ἱερὸν, καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν, πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων. *Democriti autem verba hæc eſſe puto, quæ alibi citata inueni:* ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστί. *Idem libro 2. Tuſculanarum: Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum ita ſemper fore. Et lib. 2. Finium: Metrodorus penè aliter quàm Epicurus, beatum eſſe deſcribit his ferè verbis; Cùm corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum ita futurum. Et libro 3. Officiorum: Nam ſi non modo vtilitas, ſed vita omnis beata corporis firma conſtitutione, eiusq́ue conſtitutionis ſpe explorata, vt à Metrodoro ſcriptum eſt, continetur. Huius Metrodori ſic meminit Clemens Alexand. lib. 2. Stromatum:* ὅ, τε Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, Ἀγαθὸν (φησὶ) ψυχῆς τί ἄλλο, ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα; *Huius dogmatis meminit & Plutarchus in libro* ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον. *hoc modo inquiens:*

Ant. Mure Variæ Lecti LIII 28

inquiens: Ὅθεν αὐτοί μοι δοκοῦσιν, τούτων αἰσθόμενοι τὴν ἀτοπίαν, εἰς τὴν ἀπόνοιαν καὶ τὴν εὐστάθειαν ὑποφεύγειν τῆς σαρκός, ὡς ἐν τῷ ταύτην ἐπινοεῖν περί τινας ἐσομένην καὶ γεγενημένην, τοῦ ἡδέως ζῆν ὄντος. τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα, τὴν ἀκροτάτην χαρὰν καὶ βεβαιοτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις. *Idem in libro qui inſcribitur* ὑγιεινὰ παραγγέλματα, *ſic inquit:* ἐπίκουρόν τε καὶ τοὺς περὶ ἐπίκουρον οὐδὲν ὤνησε πρὸς τὴν ὑμνουμένην σαρκὸς εὐστάθειαν *&c. Huc etiam reſpexiſſe videtur Gellius lib. nono capite quinto Noctium Atticarum, cùm ſic inquit: De voluptate veteres philoſophi diuerſas ſententias tenuerunt, atque Epicurus voluptatem ſummum bonum eſſe ponit, eam tamen ita definit* σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.

Epigrammata duo auctori ſuo vindicata.

CAP. VII.

DE *Corinthijs in Salamina ſepultis, hoc Epigramma incerto auctore adducitur à Plutarcho in libro* περὶ τῆς ἡροδότου κακοηθείας·

Ὦ ξένε ἔνυδρον ποτ' ἐναίομεν ἄστυ κορίνθου,
  Νῦν δὲ ἀνάματος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς.
Ἐνθάδε φοινίσσας νῆας καὶ πέρσας ἑλόντες
  Καὶ μήδους ἱερὰν ἑλλάδα ῥυόμεθα.

Quod iam nos Simonidi auctori ſuo vindicamus,

vt &